Universitätsbibliothek Paderborn

# Vita Et Virtvtes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu

Lamparter, Heinrich

Jngolstadii, 1662

Cap. VII. Ludovici Præfecturæ spirituales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43978

Visual Library

erat loqui, ſuam ſententiam, cu gravi pondere rationum; non t men urgebat eam: imò ſi probal liora quis attuliſſet, nõ ægrè diſc debat ab ea, tametſi alter ipſo nior eſſet. De his autem, quæ a tata fuiſſent, cum alijs, quàm cu Conſultoribus loqui, piaculo d xit. Nec minor illius authorit fuit in Congregationibus toti Provinciæ: nam Generali ne i tereſſet, obfuit infirmitas corp ris.

## CAPUT VII.

### *LVDOVICI PRÆFECTVR* *Spirituales.*

I.

*Inſtruit Novitios.*

DIverſis temporibus Ludov cus formando Novitiorum & perficiendo, promovendóque veteranorum ſpiritui præfectus fuit. Sub finem anni 1585. Salman tica Villagarciam venit, ſocius

Hiero

Hieronymo Ripalda in Novitijs inſtruendis futurus: at illo propter ſupervenientes turbas brevì aliorſum profecto, totum onus Novitiorum, ac Patrum tertiæ probationis, unà cum Rectoratu, Ludovico ſoli incubuit; cui, quòd per ætatẽ, & aliorum, quæ ad illud requiruntur, decorum defectum, ſe parem non duceret, nõ ſubmiſit ſe priùs, quàm per orationem cognoviſſet, id eſſe voluntatis Divinæ. Nam & lumine peculiari, & alijs, à Deo ſibi tum exhibitis, favoribus animatus, magno ſe animo, ac fiducia accinxit ad opus.

II.

Principiò igitur omnibus prælucere facem illuſtriſſimæ virtutis; incedere in depili veſte, qualis Novitiorum eſſe conſuevit; purgare loca immundiora domûs, letamen deferre ad ſterquilinium, infirmis miniſtrare, verrere pavimentum,

lavare vaſa, nulla in re quantum moleſta ſibi parcere, aut exim eſſe ſupra Novitios. Et quia dies tos abſumebant negotia, noc orationi, ac cœleſtium conte plationi addixit, integras interd traducendo coram Venerabili S cramento, & ſingulorum ſuor neceſſitates ei cõmendando, p miſſa quotidie flagellatione p lixa, & minimè leni brachio. quãdo ſomni perbrevis causâ re ret ad cubiculum, in veſtibus a ciebat ſe in ſcamnum, ac poſt revertebatur ad orationem, qu ſæpe totis noctibus in eodem ſ ſupplex, genibus pronis produx neque ulla re ſe paſſus eſt imped ab illa, niſi ſi quos ægrotos do haberet, quos conſuevit inter ſere, & qua poſſet ſolari.

III.

*Satagit Novitiorum.*

Hæc ſtudia ipſius, tam illuſtri cæteri non ſegniter conati ſunt imit

imitari: quos & quotidianis alloquijs multùm accendit, ut non rarò audirent eum cum lacrimis. Diſtribuerat verò inter illos tempus, ut ſeptimo quiſque die rerum ſuarum ei rationem daret, ac documenta proficiendi acciperet. Aſſuefaciebat illos ad ſtudium orationis primùm, & memoriam affectuoſam Dei præſentis; quam etiam, cùm illis fortè fieret obviã, brevi verbo revocare ſolebat. Deinde ad victoriam ſui, & abnegationem provocabat, præſertim honoris & æſtimationis propriæ, ut adamarent opprobria Crucis, & inſignia Chriſti. Quocunque autem tempore ad ipſum venirẽt, excepit eos magna cum dulcedine, & auditos, inflammatóſque, cum conſolatione dimiſit; quia conſilia ipſius tanquam à cœlo demiſſa accipiebant: quo etiam factum eſt, ut omnium animos velut



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in manu haberet, ac ceræ inſtar, f
xilis in omnem figuram. Sed & i
creationis tempore, mira cu
ſuavitate, ac varietate loqueba
de rebus divinis, ut omnes ab e
ore penderent. Narrabat eis no
nunquam favores cœleſtes, quib
animarentur ad virtutem: ſed u
vidit illos animadvertere, quòd l
cet recitarentur, quaſi obtigiſſe
alteri cuipiam, ipſi tamen eve
rint, deinceps ab eorum rec
ſione abſtinuit.

IV.

*Divinitus eorũ arcana cognoſcit.*

Nonnunquam Devs ei pate
cit arcana ſuorum ſubditorum
ſive ut illos validiùs ad meliora i
pelleret, ſive ut meliùs præmun
ret contra periculum aliquod im
minens, ſive denique, ut cauti
res, attentioréſque efficeret. N
vitium quendam Villagarciæ mi
ſerè vexabant ſcrupuloſæ formid
nes; cui dixit Ludovicus, diabolu
i

id agere, ut ipſum præcipitet in tædium rerum ſpiritualium, ac demum in contemptum, ac deſperationis voraginem. Poſtea cùm animi cauſa cum Jacobo de Miranda (qui tum Grammaticam docebat) circa ædes Novitiorum ambularet Ludovicus, de repente aperto cubiculo illius, vidit eum ex impatientia humi abijcere, quidquid habuit librorum ſpiritualium, & *Viden'*, inquit, *hoc agere diabolum per ſcrupulos, ut te adigat ad impatientiam?* Et mox iterum clauſa janua, ſpatiari perrexit. Alfonſum Vaſquez, item Novitium, qui poſtea magnæ virtutis, & doctrinæ vir fuit, mortuus anno 1649. importuna ſolicitudo de rebus, quæ gerebantur in ejus patria, pæne ad conſilium pœnitendum adduxerat. Obambulanti ante ſuum cubiculum, occurrit Ludovicus, &, *ne te diſcruciet*, inquit, *chariſſime, id*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quod cogitas : omnia jam felici*
*peracta ſunt :* nominando ſin
qui, & quomodo egerint. Et cu
dicto ſic abſterſa fuit illius me
tota illa vexatio, ut ipſe ſcripto
ſtatum reliquerit, nunquam ſea
plius illa cura fuiſſe pulſatum. Al
Novitius ejuſdem nominis, Av
poſtea defunctus anno 1627. cu
in ſummo, neſcio cuius, inter
moleſtiæ conflictu eſſet, occurre
ei Ludovicus unam, alterámve
tionem dixit, qua penitus ever
omnia, quibus affligebatur, pax
tranquillitas animi plena eſt re
dita; multùm admiranti, quomo
do perſpecta eſſent Ludovico, qu
intimis animi ſinibus clauſa t
nuerat.

V.

*Succurrit vexato à dæmone.*

Alium Novitium Ludovicu
juſſerat continere ſe in certo cu
biculo, quòd eum diabolus ità exa
gitaret interdum, ut videretur
actu

actus in furias. Quadam die cùm ex vicino quodam loco domum revenisſet, rectà, nondum depoſitis calcaribus, properavit ad ejus cubiculum, reperítque jam explorantem cultro gulam: & cum diabolo, vetere homicida, pepulit ab eo præſens exitium. Liberalibusq́; procurator neſcio quid epuli delicatioris ſibi miſſum acceperat, & clam cum aliquibus abſumebat. Supervenit ex improviſo Ludovicus, & aperta ſine pulſu janua, dixit hæc pauca; *quomodo hæc fiunt? & abſque venia?* ſtatímque abivit: agnoſcentibus illis, hanc ipſi notitiam eſſe ab alto, cùm id agerent occultiſſimè, nullo hominum conſcio. Ex quo factum eſt, ut nemo deinceps licenter aliquid faceret, ſine conceſſione ipſius, quòd viderent ei omnia divinitus innoteſcere.

## VI.

*Exhortatur potenter.*

Adhortabatur tirones tanto a
dore, ut cùm eum quondam audi
ſet Doctor Mercatus, Philipp. I
ac. III. primarius Medicus, dixer
quis unquam crediđiſſet P. Lud
vico in tam debili corpore tantu
eſſe virium? Mediusfidius ipſe
habet alium medicum, à quo i
hoc robur ac ſanitas provenit,
ope & medicina humana non eg
at. Petierant enim, deſiderio ipſi
conſervandi, præſcribi à Medic
moderationem rigoris, humanit
intolerabilis tali corpuſculo. Se
ille conſpicatus vitam ejus exc
dere humanam ſcientiam, ipſum
ſuo ſibi modo permiſit. Qui non
tantùm nihil remiſit, ſed etiam
ingraveſcentibus morbis, pari ſtu
dio peregit omnia, quæ ſui offic
& conſuetudinis erant: & quand
lectulo affixum tenebat vis morbi
ad ſe vocatos Novitios, ità inſtruc
bat,

bat, ſolabatur, inflammabat, ut penitus impreſſa mentibus ejus præcepta, multis annis, quaſi recèns audita tenuerint. Jd quod in ſummaria relatione de illo teſtati ſunt ipſi: quorum unus ſic perhibet, ſe ante triginta, vel plures annos audiviſſe adhortationem Ludovici ad Novitios, tanta efficacia ſibi impreſſam, ut ſæpe poſtea quaſi vivam, & recentem vocem ejus in auribus, & faciem dicentis in oculis ſuis ſibi ſit viſus habere Jd unum ſibi indulſit in flagrantia morbi, ut non tam diu precaretur flexis genibus: quamprimum autem ſurgere potuit, priſtino more perrexit, quàm diu potuit.

VII.

Bis Villagarciæ, ſemel Medinæ Campi, Novitiorum, ac Tertianorum Magiſter & Inſtructor fuit Ludovicus. Sed Veteranorum ſpiritui præfectus Valliſoleti cùm *Præeſt tertiæ probationi.*

eſſet, omnes magno cum gaud
ſuas animas,& conſcientias poſu
runt in manibus ejus,certi magn
rum ſub ejus auſpicijs in virtut
progreſſuum:quod etiam breviꝫ
paruit. Nam ejus exemplis & m
nitis ſummus in eo Collegio e
citatus eſt fervor, præſertim e
rum, qui ſtudijs literarum addi
fuere. Atque, ut vario uſu cogn
verant nihil eum latere, quod a
nus rectè vel agitarent animo,
deſignarent illo abſente, ſic era
cautiſſimi, ne quid culpæ cont
herent: ac ſi, ut homines ſum
aliqua ſe labe aſperſos notarent
verebantur ſubire illius aſpectu
Neque vana fuit ea perſuaſio: qu
expertus eſt quidam è Theolog
ſtudioſis, qui cùm, languore anim
ſubeunte, omiſiſſet aliquandiu v
nire ad illum, rerum ſpiritualium
gratia, redijt tamen; etſi non e
cum fervore, ac ſtudio, quo priùs
Ludo

Ludovicus, quaſi inſpexiſſet quid ageretur in ejus animo, dixit; Ego his, qui conſulunt me de ſpiritu, reſpondeo ſicut ipſi affecti ſunt, tepidis tepidè Ex quibus intellexit, ſuum illi tædium ac teporem ignotum non eſſe. Sed & illud animadverſum eſt, eum quacunque mœſtitia, & animi turbella jactatis, conſueſſe duobus verbis reſtituere pacem & gaudium. Quod evenit cuidam Theologo, qui cùm ſe triduo, ex more Societatis, cum alijs æqualibus pararet ad renovandum ſacramentum, quo Deo ſe obſtrinxerat, ſimul ac Ludovico aperuit mœrorem, ac metum quendam inanem, quo, neſcio unde concito, tenebatur, ſe duobus ab illo verbis non tantùm liberatum, ſed inſuper magno ſolatio delibutum expertus, ilicò ſe ad templum contulit, Deo grates acturus.

VIII.

*Salmantica turbatos cōponit.*

Jn Salmanticenſi Collegio q
piam infando, ac deteſtabili in
cietate, ſpiritu ambitionis perc
domeſticam pacem ità turbave
ut nõ videretur facilè, niſi per
dovicum poſſe reſtitui. Evoc
ergo Valliſoleto, ad idem ibi
gẽdum officium, brevì compo
omniũ animos, illo ſolo excep
qui, quòd nullam curationem
mitteret, à Societate, ut noxi
ac putre membrum, reciſus
reliquos omnes Ludovicus h
ægrè pellexit in amorem ſum
virtutis: quia ab ejus ore, velut
ætna quadam cordis accenſo, fl
bat oratio. Unde etiam, quan
ſocijs, familiaria curantibus, in
quentem diem argumenta me
tationis dictabat, quotquot era
in Collegio, etiam Sacerdotes, co
venerunt ad eum audiendum,
firmantes ſe magìs accendi ver

*& potenter ad virtutẽ inflammat.*

ejus, quàm in ipſa fere meditatione ſolerent. Hos inter Joſephus Acoſta, Michael Marcus, Chriſtophorus de los Cobos, & alij graviſſimi ac ſapientiſſimi viri, ac Theologiæ Doctores fuere; neque Franciſcus Suarez dedignatus eſt illum audire, velut magiſtrum ſpiritûs, quem in Theologia diſcipulum quondã habuerat. Omnium etiam ſuis in rebus perplexis certum refugium erat: quod, ut alios taceam, expertus eſt Petrus de Godoy, qui quòd ſe toto die, magna cum cura, ad propugnandas poſtridie ex tota Theologia theſes paraverat, dormire non potuit; queſtus hoc Ludovico, qui ſuis ei precibus, trium quatuórve (quot petebat) horarum ſomnum obtinuit.

IX.

Non minor ei cura fuit ægrotantium; horum unum ſepties intra duas horas, magno cum ſenſu chari- *Cura ejus de ægrotis.*

charitatis; alium uno die dec
novies, alium ſæpius intra ide
tempus inviſit, ut de obſervati
cibus morbi accuratè poſſet
cere medentes. Quæ cauſa fui
omnes, qui eum nórunt, gra
rentur ſibi, aut optarent eod
loci, quo ipſe eſſet, poſſe viver
quòd ejus exemplis, alloquio
conſuetudine plurimum ſe pr
cturos crederent. Verùm non
Salmanticenſibus licuit eo f
quia ingraveſcentibus morbis,
pſo anno Valliſoletum, ad av
patriam, remitti debuit. Vbi n
tis annis in præfectura ſpiri
complures ad eximiam ſancti
tem provexit: quorum res a
copioſè deſcriptas habemus. In
*Virtus Michaelis Soler.* cos eminet Michael Soler, de
Ludovicus ipſe, cui perſpectiſſi
erat, indubitatè pronunciavit,
lum inter ſanctiſſimos homin
numerandum videri, quos eo te
p

pore haberet in vivis Eccleſia. Nam ut idem de illo ſcripſit anno 1623. Antonio de Arannas, licet non duceretur à Deo per vias inuſitatas, revelationum, aut ſpectaculorum cœleſtium, extra ordinem tamen, & magìs admirabiles fuerunt ejus virtutes, quàm in ullo ſe deprehendiſſe Ludovicus meminerit. Eas exhibet peculiaris hiſtoria vitæ ipſius, unde hîc referre ſuperſedeo, contentus hoc memorâſſe, quòd cùm longè majoribus par eſſet, annos triginta primis Grammaticæ Rudimentis docendis impenderit; ſanctè mortuus Valliſoleti 20. die Auguſti 1615. ætatis ſuæ ſeptuageſimo.

## CAPUT VIII.

### *OFFICIA LVDOVICI erga Externos.*

I.

NON minore induſtria, fructúque